



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXXVI. Amerina juris pascendi. De controversiis super jure pascendi
in territorio, quæ verti solent inter Baronem seu Dominum, & vasallos seu
habitatores loci, et de differentia inter Baronem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

§ 8. DE SERVIT. AD MAT. IVRIS PASCENDI DISC. XXXVI.

bus assistat, quo casu verificabilis remanet distinctio possessionis civilis retentæ istorum animo, sed prætendit id habere ad utilitatem privatam ipsius Cōmunitatis exclusivè ad particulares; Et sic revera iſtud motivum non erat tatum, quamvis necessitas quæstionis cœsaret ex facto, dum concurrebat immemorabilis fivè centenaria ut suprā; Mihi tamen magis placebat alterum motivum domini, cum revera incongrui viderentur termini servitutis ob omnimodam ipsorum dominorum privationem ac facultatem vendendi aliis jure domini ut suprā.

12 Non potest altrurare solitum premium seu fidam.

13 Deservitute necessaria.

14 An possit Dominus exigere fidam pro illa species animalium pro qua nunquam exacta fuit.

DISC. XXXVI.

Totum territorium Caſtri Guardeꝝ rubrorum circiter mille in pleno dominio tam territoriali seu jurisdictionali, quām in utilitate seu fructu, eft Domini seu Baronis ipsius loci, unde ejus incolæ volentes illud colere pro fructibus percipiendis, solvunt Domino jure colonia responsionem in certa ipsorum fructuum quota, solumque ab eis, vel ratione antiquæ possessoris, vel ratione melioramentorum, seu ex aliis causis pretenditūt jus colonie perpetua & irrevocabilis juxta casum, de quo in Clusina apud Mantic. dec. 17. 95. & 97. quod tamen per Dominum controvertitur, atque res est sub judice; pro animalibus vero corundem incolarum in dicto territorio depascientium idem Dominus exigere consuevit annum præstationem, quæ vulgo /da dici solet, ad rationem medij julij pro quolibet porco, & pro qualibet ove, pro capris autem, quia antiquitus supponitur ibi nimium raras esse, nihil solvebatur, Verum earum numero notabiliter excrescente, à decennio citrā Dominus dictam præstationem, seu fidam quoque exigere consuevit; Ortis autem inter præfatum Dominum, qui est Comes Laurentius de Marſciano, ejusque vasallos dicti loci habitatores pluribus controversi, eisque delatis ad sac. Consultam, quod est confutum tribunal recursum vasallorum, qui se gravatos à Baronibus seu Dominis credunt, inter alia gravaminum capita, fuit illud exactionis hujusmodi collectæ seu fidæ pro pasta animalium, qualisquid ista esset indebita usurpatio, ob naturalem facultatem civibus in territorio propria patre civico jure competentem depascendi cum eorum animalibus, præsertim veteri respectu eorum, qui propria animalia retinente in propriis fundis seu terris ab ipsis cultis & possessis, Domino ut suprā in certa fructuum quota responsivis, ac etiam quia aliqui adhuc habitatores, qui, vel ex Dominorum pro tempore concessione, vel ex aliis titulis possident aliqua petia terra, seu prædia liberè & pleno jure ablique dictæ responsioni onere, quod tamen supponitur importare nimium modicam partem, vix decem circiter rubros excedentem; Quia vero super facti præpositis nimium partes inter se discordabant, unde propter ea ipſa Sac. Consulta non poterat hujusmodi controversias prout juris determinare, Idcirco eas, vel earum alias commisit Vicario Generali Urbevetano, ejusdem Cathedralis Archidiacoно, docto quidem & integro viro, ut receptis probationibus hinc indè, formatoque processu, eas decidere, Unde compilato processu, ac resticta præsertim difficultate ad istum punctum seu caput gravaminis super dicta exactione pro pasta animalium.

Scribentes pro dictis vasallis, cum auctoritatibus Capobi de Bar. &c Novar. de gravaminibus vasallorum, de quibus infra, ac aliorum apud eos, non distinguendo casum à casu, insisterebant quod Baronis, seu Domini possessio contineret usurpationem resultantem à potentia & concusione, vasallorum, qui in hujusmodi præsertim caſtris ac parvis & ob-

AMERINA

JURIS PASCENDI.

PRO

COMITE LAURENTIO
DE MARSCIANO

CVM

HABITATORIBUS CASTRI
GUARDEÆ

Casus disputatus coram Iudice deputato
per Sac. Consultam.

De controversiis super jure pascendi in territorio quæ verti solent inter Baronem seu Dominum, & vasallos seu habitatores loci. Et de differentia inter Baronem seu Dominum habentem hoc jus in solatione jurisdictionali & ex præscriptione, vel ratione dominii ipsius territorii.

SUMMARIUM.

1 F Acti series.
Baro est primus Civis, & potest depasci cum ejus animalibus, & quomodo hic usus regulari debat, remissive.

3 An Communitas possit facere aliquam bannitam seu defensam contradicente Barone remissive.

4 De Barone qui sit Dominus pascorum ex crescentium, & habeat jus affandi animalia exterorum, & questionibus desuper cadentibus inter ipsum & vasallos remissive.

5 Us Baro acquirat dominium pascorum etiam privatiæ ad dominos prediorum requiritur immemorabilis.

6 Quid in possessorio an debeat obtinere ex sola possessione.

7 In Statu Ecclesiastico non militat mala præsumptio concusione in Baronibus.

8 De casu in quo Baro sit Dominus pleno jure territorij etiam in fructibus, & an haſspecies dominij detur in Baronibus Regni Neapolitanj.

9 Quando Baro est Dominus pleno jure territorij, sua sunt pascua, qua prohibet etiam civibus & incolis.

10 Facultas data alijs depascendi in territorio intelligitur ultra usum civium vel Domini.

11 An Baro qui sit Dominus territorij teneatur pati usum civium in pascuis, & quomodo,

DE SERVIT. AD MAT. IVRIS PASCENDI DISC. XXXVI. 59

& obscuris locis non audent Domino contradicere, neque defacili ad Principem recurrere, confundentes etiam ea quæ per eosdem DD. ac alios, de quibus infra habentur de oppressione, quam Barones circa jus pascendi facere solent cum retentione ingentis numeri animalium in loco, ac etiam cum bannitis seu reservationibus aliquibus partis territorii pro eorum animalibus.

Scribens autem pro dicto Comite, ydensq; quod per scribentes in contrarium in confuso allegabantur auctoritates, plures causas inter se nimium diversos percurentes, quod ita cum non leví aequivo-
co juxta frequentiorem usum procederetur, idcir-
co ad aequivo-
ca tollenda eruendamque veritatem, potissimum quia causa tractabatur in partibus, ac in Civitate, licet perpetuata & nobilissima, in retro-
actis feculsi nimium celebri, utpote quandoque Pontificum residencia, ut prasertim docet historia solemnitatis Sanctissimi Corporis Domini Nostri Iesu Christi, attamen ex bellorum & temporis calamitatibus hodiè nimium comparativè ad antiquum statum imminuta, dicebam plures causas distinguidos esse.

Primus est ubi agitur de pascuis publicis & communibus, in quibus omnes cives & incole jure civico & naturali habent jus vel facultatem pascendi cum eorum animalibus, ex iis, quæ haben-
tur infra in Spoleriana disc. 41. & in aliis hoc eodem
modo. Dominus vero seu Baro, nullum habens ter-
ritoriū dominium privatum in fructu, sed solum
dominium Baronale ac territoriale, seu jurisdictio-
nale, quamvis exterius, tanquam primus civis ha-
beat idem jus pascendi, & tunc duæ cadere solent
controversiae inter Barones, & vasallos, eorumque
Communitates; Una scilicet super moderatione
usus dicti juris Baroni competenter, ne tanquam di-
virs & potens magnum immittat in territorio nu-
merum animalium, unde propterea impeditur ali-
orum civium & incolarum usus, Atque in hoc varia
sunt opiniones, Aliis volentibus Baroni solum con-
cedi jus retinendi animalia ad instar ditionis civis,
Aliis, quod possit tot retinere, quot duo cives ditato-
res, Et aliis deinceps probabilius, quod id remissum
sit judicio arbitrio, ex territorio quantitate, & qualita-
te & regionis more, vasallorum numero, alisque
circumstantiis regulando. Et altera est controver-
sia, num Communitas, de omnium civium & incolarum
consensu, dissentiente ipso Barone, ac in pre-
judicium dicti juris pascendi sibi competenter ali-
qua in territorio partem reservare & prohibere pos-
sit ad effectum vendendi herbas, & sic facere, ut vul-
go dicitur, *bannitam seu defensam*, cuius puncti de-
terminatio pariter ex dictis facti circumstantiis à
judicio arbitrio probabilius pendet; Et de isto casu,
sue his controversiis loquuntur *Franch. dec. 97.*
*& 301. Menoch. de arbitrar. casu 2.45. Rovit. super pragmat. in rubr. de pascuis Capobl. de Baron. tom. 1. pragmat. 12. nn. 28. cum sequen. Novar. de gravam-
nibus vasallorum part. prima gravam. 27. cum plur.
seq; sed omnes istæ vel inniles auctoritates, quæ cum
alii, de quibus infra consarcinabantur, erant extra-
neæ à causa controversiae, ideoque dicebam ponen-
das esse ad partes.*

Alter casus est, ubi bona & prædia in territo-
rio existentia sunt in pleno dominio privatorum,
4 atque cives & incola habent in territorio jus vel fa-
cultatem pascendi dicto jure civico seu naturali,
Baro autem seu Dominus habens solum dictum
jus territoriale seu jurisdictionale, ex legitima pra-
scriptione seu alio legitimo titulo sit Dominus

herbae seu pascuorum excrescentium, ultra usum ci-
vium & incolarum, unde propter ea habeat jus affi-
dandi animalia exterorum, Et tunc plures cadere
solent quæstiones, Una scilicet super dicti juris
competentia seu legitima præscriptione, Altera
num usum civium & incolarum restringere possit
ad certam territorii partem, aliam reservando pro
affidandis animalibus exterorum, ac faciendo dictas
bannitas seu defensas, Et altera frequentior super
moderata affidatione, ut exinde non impeditur us-
sus seu pastaura animalium civium, & incolarum, &
de his agitur per Capobl. dicto tract. de Baron. t. 1. su-
per pragm. 11. ex num. 194. & tom. 2. cap. 76 & 77. No-
var. dicto tract. de gravam nibus vasallorum loco su-
præcit. apud quos concordantes, sed pariter iste ca-
sus extraneus remanebat à presenti controversia,
& propterea prefatas ac similes auctoritates dice-
bant quoque separandas esse utpote incongruas.

Tertius casus est, ubi Baro, in toto territorio, ac
etiam fundis & prædiis privatorum pretendit esse
Dominus herbarum & pascuorum etiam privative
ad ipsos Dominos prohibitos ibi depasci, nisi sol-
vant pascui premium seu fidam juxta casum, de quo
in *Nepesina disc. precedenti*, cum aliis ibi enunciatis,
qui causis in specie disputatione apud *Honded. cons. 86.*
lib. 1. ubi concludit pro civibus & Dominis prædi-
orum contra Baronem seu Dominum, non probato
privilegio, aut alio legitimo titulo, quo cessante,
ita ut jus Baronis vel Domini restringatur ad solam
diuturnam possessionem, & tunc duæ cadere solent
inspectiones, Una in petitorio, Altera in possessio-
rio. In prima verius est requiri, esse præscriptio-
nem immemorabilem, vel saltem centenariam, ob
juris apertam resistentiam percipiendi fructum de
bonis alienis privative ad ipsum Dominum ex deduc-
tis per *Honded. dicto cons. 86. Novar. & Capobl.*
ubi supra, & omnes, quoties non assisteret consue-
tudo generalis regionis, quod dominium privato-
rum restrictum est ad solam culturam seu fructu-
m industriali, ut est in provincia Hydruntina,
ex deductis in dicta *Nepesina disc. precedenti*.

Major autem difficultas cadit in possessorio, in
quo etiam *Capobl. dictis locis citatis. præsertim tom. 2. cap. 76. & 77. & Novar. loco supra cit.* ac ceteri a-
pud eos concludunt contra Dominum, Tum ob
cunctam genericam juris resistentiam, Tum etiam ob
malam præsumptionem concussionis seu usurpa-
tionis, & potentia contra Barones & Dominos mi-
litantem Verum hæc mala præsumptio fortè mili-
tans in aliis provinciis & ditionibus, non admittitur
in statu Ecclesiastico, ubi ob facilem recursum
vasallorum ad Papam, Atque ejusdem Papæ, nec
non sacra Consulta, aliorumque Magistratum &
officialium nimium promptas aures, non datur ista
concusso, ut firmatur per Rotam apud *Coccin. dec.*
*35. 4. num. 5. in Camerinen. juris collectandi 4. Iunij 16. 6. oram Sacratæ, in Avenionen. seu Auriacen.
moleudini coram Vero pro dec. 43. num. 4. par. 9.
rec. & habetur in Sabinen. status Montis Librettis sub
tit. de feudiis disc. 65.* Unde propter ea obstat solum
motivum resistentia juris, quod cessat, ubi possessio
est temporis considerabilis; Ideoque in specie
per Cameram de anno 1602. data fuit manu-
tentio Baroni Terra Flaviani, seu Fiani in disc. pre-
ced. sed pariter hæc sunt extra casum controversias à
quo item extranea dicebam deducta per *Honded.*
cons. 85. lib. 1. & cons. 84 lib. 1. quæ in hac materia ni-
mum circumferri solent, cum percutiant casum si-
militer dicta *Clusine*, ubi scilicet dominium civium
& incolarum non est plenum, sed restringitur ad so-
lam

60 DE SERVIT. AD MAT. IVRIS PASCENDI DISC. XXXVI.

Iam culturam seu fructum industrialis. Non tam
men istorum casum quamvis extranorum distin-
ctio evagatoria erat, sed potius opportuna in modo ne-
cessaria, ut ita tollerentur aequivoca, & fieret auco-
ritatum congrua applicatio.

Quartus denum omisissis aliis ad rem non faci-
entibus, est casus praesenti controversia congruus
& adaptatus, quando scilicet Dominus castrorum loci
non habet solum dominium territoriale, seu juris
dictionale in universum, iure feudi seu baroniae, sed
habet etiam plenum ac privatum dominium utili-
tarium etiam in fructu, tam naturali quam industri-
ali univer*is* territorii, unde particulares cives, &
incolae sint solum coloni*is* supra, & de isto casu
non agunt Capoblan. & Norvar. ubi supra, ac exteri
Regnicola, in quorum auctoritate totum erat op-
ponentium fundamentum, quoniam in eo Regno
omnia ferè oppida, castra, & loca inhabitata cum
vasallis, exceptis Ecclesiis, sunt feudalia, & forte
non adest hac species, vel nimium rara hujus Ba-
roniae, seu dominii allodialis, & liberi, cum domi-
nio etiam utilitario totius territorii, in quo va-
salli considerentur tanquam simplices coloni, ut
est frequens in statu Ecclesiastico aliusque Italiae
partibus, sed dominium illorum Baronum est ju-
re feudi, & baroniae, & sic territoriale, seu jurisdi-
ctionale habendo solum in dominio pleno, & uti-
litario aliqua prædia, & bona, ad instar cuiuslibet
privati; Et consequenter iste casus non est de fa-
cili per eos tractatus.

Isto igitur casu regula assilit Domino seu Ba-
roni, quo scilicet herba, qua in suo nascitur sua sit,
neque Communitas, vel vasalli jus habeant pascen-
di, nisi probent servitutem cum titulo explicito, vel
cum præscriptione immemorabili, ut punctualiter
pro Barone contra Communitatē firmatur cate-
ris allegatis per Rotam decis. 632. par. 3. rec. ubi præ-
sertim num. 4. in fin. respondendo ad Covar. & Hon-
ded ac alios in specie adhibetur dicta distinctio inter
Dominum in solo iure Baronie & jurisdictionis, &
Dominum, etiam in pleno dominio terrarum in
quibus herba nascitur; Ac etiam plenè firmatur in
Narnien, coram Vero pio decis. 100. & 347. par. 9.
rec. qua sunt in materia celebres; Et licet dictæ de-
cisiones non descendant ad hanc speciem dominij
universalis, sed presupponant solum dominium
particulare aliquorum prædiorum, & bonorum;
Attamen eadem videtur esse ratio partis quoad
partem, qua totius quoad totum, cum nulla urgere
videatur differentia ratio cur in uno, & non in al-
tero casu eadem dispositio seu regula juris militare
non debet.

Eademque ratione, si suum est dominium herba-
rum, quod dando colonis prædia ad solam cultu-
ram & fructum industrialis sibi reservat, de plano
exinde refusat, quod suarum herbarum suorum
que fructuum & pascuorum pretium exigere po-
test, sive etiam eisdem pascuis uti pro usu proprio,
si orumque animalium, atque facere bannitas, & re-
scrivatas, quoniam juris naturalis, ac scripti prin-
cipiis adversari videtur, ut quis prohiberi debeat
uti bonis propriis ad proprium usum, ut aliis con-
cedat. Unde etiam in casu quo loco adjacenti con-
ceditur facultas depascendi in territorio, intelligi-
tur quatenus superfit ultra usum civium, isto non
impedito, ut per Rovii super pragm. in rubr. de pa-
cu*is* num. 17. Surd. de alim. iiii. 7. quæst. 8. n. 6. & habe-
tur in Tuscanen. hoc eod. tit. disc. 43.

Est bene verum, quod in isto casu dominij uni-
versalis totius territorii, unde non remanent com-

munita, seu ali territorii partes, in quibus cives,
& incolae pascua cum eorum animalibus sumere va-
leant, tunc ipse Baro, seu Dominus tenetur hunc
usum vasallis, & habitatoribus suppeditare, ne alias
inerem vitam ducant, unde habendo in ejus lo-
co vasallos, & habitatores censetur jure cujusdam
quasi contractus se obligasse ad elementa, & alia
necessaria, ut in proposito, juris lignandi, aquandi,
& pascendi firmant DD. de quibus in Sabinen. ju-
ris lignandi hoc tit. disc. 42. & in Sabinen. statu
Montis Libretti sub tit. de fendo. disc. 65. Non ta-
mè tenetur ad id gratuitò praestandum, ubi consue-
tudo alias non disponat, sed neque econversò po-
test eos suffocare, alterando pro libito pretium,
sed contineare se debet intra limites iustitia, & a-
quitatis, fortius vero consuetudinis, qua concurre-
rente non potest illam alterare, denegando dare
consuetam fidem civium pro pascuis, seu pro illa
majus, ac insolitum pretium exigendo, quoniam
cum agatur de necessaria esset species suffocationis
non permittendæ ex deductis per Norvar. de
gravam. Vasall. p. 1. gravam. 41.

Idemque dicebam ipsi Comiti requirenti de ve-
ritate circa facultatem faciendi bannitas, seu refe-
ratas pro suis animalibus, ut scilicet id liceat dis-
cretè & moderatè, dummodo exinde non impe-
diatur usus civium, eo modo quo Dominus fundi-
habentis servitutem juris pascendi debet se gerere
nè præjudicet, ac inane redat servitutem alteri
competentem, quoniam ista dicitur quedam ser-
vitus necessaria, quam ex dicta ratione Dominus
pati debet solito iusto pretio erga vasallos juxta
eam speciem servitutis necessaria, qua enunciatur
in Sabinen. transi*ss*, seu via sub tit. de Regal. disc.
136. ac etiam in Romana servitutis, seu via hoc co-
dem tit. disc. 23. Ideoque ista dicitur materia facti
potius quam juris pro judicis prudenti arbitrio ex
facti circumstantiis discretè decidenda.

Dificultas cadere videbatur circa recentem in-
novationem in capris, qua prius gratuitum pascu-
um habere solebant, an scilicet posset Dominus
dictam consuetudinem alterare, atque fidam nun-
quam exactam exigere, & pariter dicebam id pen-
dere à circumstantiis facti, an scilicet vasalli
concluderent præscriptionem, seu consuetudinem,
eum suis requisitis, quod difficile esse solet ad
proxim deducere; Satis autem considerabilis pro
Barone videbatur ea circumstantia per ipsum præ-
supposita, quod scilicet antiquitus nimium rarus, &
modicus erat usus hujusmodi animalium, unde ne-
gligebantur, fecus autem quod nunc ad fraudem
vel industria erat excretus juxta terminos tex. in
c. fuggetum de decim. cum ibi noratis, & habetur
plures in dicta materia sub titulo de decim. in
proposito exemptionis quam Parochi antiquitus
tolerabant in Regularibus à decimis ob eo-
rum paupertatem, ac modicam bono-
rum quantitatem, licet super
hoc formiter non
scriperim.

* *

T U S-